potestate Padue et vicario totius marchie, cum condi-
tione, ut mandatis Ecelini in omnibus obediret, in Apuliam
properat. Marchio autem recuperavit Turrem Estensem,
Cerrum et Calaonem, sicque guerra periculosa per totam
marchiam inchoatur. || Anno sequenti dominus Gregorius — do^us d.
de Monte-longo legatus apostolice sedis [sub quadam com- — [cum auxilio multorum populorum, maxime Vene-torum post menses ~~quatuor~~ IIII^or
positionis specie Ferrariam habuit. Nihilominus do-
minus Jacobus Teupolo dux Venetiarum Salinguerram — do^us d. — Teupolo
captum duxit Venetias, ubi captivus mortuus est. Tunc
Veneti in Ferraria a predicto legato honorantias et li-
bertates et privilegia magna optinuerunt. || Eodem
anno corona Domini spinea per industriam piissimi
regis Francorum Ludovici, tunc XXVI annorum existentis,
Parisius est translata. Tunc enim Veneti et Galli domi-
nabantur in Constantinopolim. || Floruit tunc Johannes
Teotonicus, discipulus fuit Huguitionis, et apparatum fecit
super decretum post ipsum. || Floruit etiam in theologia
Prepositinus, cuius oppiniones ab aliis pro auctoritate referuntur.

. . . .

~~XLIIII.~~ 44. pars. De Innocentio papa 4^to et depositione imperatoris et quibusdam incidentibus. — f.158'

[Innocentius] [Iste quesivit fere duobus annis modum pacis, ut finem imponeret tantis malis. ||

~~1243~~. . . . || Eodem anno castrum Sancti Bonifatii a
Veronensibus est destructum || Papa vero considerans, quia
non proficeret in tractatu pacis, ivit in Franciam circa
festum sancti Andree. . . . F. . . . || Tunc in contemptum ecclesie
Federicus cum magno exercitu Romam properat et in cir-
cuitu duobus mensibus immoratus totam vastat. || Eodem
anno mense Julii a Venetis Jadera capitur, capitaneo do- — dno
mino Raynerio Geno, duce vero domino Jacobo Teupolo. || — dno
Indictum est autem concilium MCCXLV° (~~1245~~) Lugd' in protec-
tione regis Francie in festo sancti Johannis baptiste. Du-
ravit autem usque ad octavam beate Marie. Que octava tunc
instituta est. || Dum igitur concilium congregatur, imperator
et summus pontifex per suos logotetas invicem scribunt,
fitque apologeticus in questionibus motis. Qui inter cetera
pape transmittitur: — Versus imperatoris. Aog a. k.

Fata monent, stelleque docent aviumque volatus,
Totius et subito malleus orbis ero.
Roma diu titubans variis erroribus acta
Concidet et mundi desinet esse caput.